# Band II., Nr. 324, Seite 40-41

*Bischof Günther von Speyer kauft für das Kloster Maulbronn die Kirche in Löchgau.*

## Ohne Ortsangabe, Ohne Zeitangabe. (1147.)

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit tam presentis quam futuri evi fidelibus, quod ego G.[a], dei gratia Spirensis ecclesie episcopus, spe retributionis divine attractus, inter cetera beneficia, quibus cenobium Mvlenburnense pro posse nostro ditavimus et sublimavimus, nichilominus ecclesiam quandam in Lv̊ehenkeim sitam cum omnibus appendiciis suis pecunie nostre conmutacione huic conparavimus. Cum enim instaret articulus expeditionis magne[1], fuit quidam homo liber, nomine Beringerus, in iam memorata villa, qui spiritu sancto conmonitus pro celesti gloria tandem adipiscenda in eandem expeditionem proficiscendus se preparabat. Is namque, cum plurima pecunia indigeret ob sumptus tanti itineris, omne patrimonium suum quod in eadem villa possederat, videlicet predictam ecclesiam cum agris, pratis, pascuis, vineis, silvis, viis, inviis, itibus, reditibus, aquarum decursibus, preter unam curtalem in villa sitam, vix domui exigue sufficientem, ecclesie Mvlenburnensi legittima ac solempni donatione irrefragabiliter contulit, acceptis a nobis XXVI libris puríssimi argenti. Huius rei testes sunt: comes Egeno de Vehingin, qui et salamannus fuit. Rv̊gerus. Belreinus. Wolframmus de Winsperc. Sceizolfus de Ma$^{V}$ginheim. Albertus de Ingirsheim. Albertus de Borueltingin[2]. Sigewartus, Albertus, Swigerus, fratres tres de Hv̊ra[3], hii omnes liberi. Preterea antedictus Beringerus, homo ingenuus, duos germanos habuit, Tragebodo et Volpertus dicti, qui cum quadam sorore sua Mehtildi seculo renunciantes se suaque omnia, que in eos hereditario iure descenderant, Mvlenburnensi ecclesie legitime ac canonice contradiderunt, sicque habitum monachilem devote susceperunt. Ne ergo ab aliqua ecclesiastica seu seculari persona dilecta ecclesia nostra Mulenburnensis, quam semper fovere, manu tenere statuimus, in eadem ecclesia sive in aliquibus attinentiis suis

[a]Es ist *Guntherus* zu lesen (1146 – 1163).

[1]Konrad III. trat seinen unter dem 27. Dezember 1146 beschlossenen Kreuzzug im Mai 1147 an. Die von späterer Hand als Dorsualvermerk auf die Urkunde gesetzte Vermutung: *Credo 1147 quo expeditio ad terram S. processit* erscheint daher als vollkommen zulässig.
[2]Pulverdingen.
[3]Aurich.

in posterum inquietare presumat, sigilli nostri inpressione hanc testimonialem paginam insignire curavimus, auctoritate beati Petri et nostra vinculo anathematis eos innodantes, nulla ratione absolvendos antequam se domno apostolico presentaverint.

—

Der Textabdruck folgt dem angeblichen Original. Es handelt sich bei der Urkunde um eine Fälschung von ca. 1200.<br> <br> Das an einer groben Hanfschnur angebrachte, runde Wachssiegel Gunthers von Speyer bestätigt den Verdacht einer Fälschung, da sich das Hängesiegel in Speyer erst gegen Ende des 12. Jahrhunderts durchsetzte, vgl. Peter Rückert: Alles gefälscht? Verdächtige Urkunden aus der Stauferzeit. Archivale des Monats März 2003 im Hauptstaatsarchiv Stuttgart, Stuttgart 2003, S. 34 und Peter Acht: Studien zur Urkundenwesen der Speyerer Bischöfe im 12. und Anfang des 13. Jahrhunderts (Speyer in seinem Verhältnis zur Reichskanzlei). In: Archiv für Urkundenforschung 14 (1936), S. 262-306, S. 296. Das Siegel ist äußerlich ziemlich verdorben. Das Siegelbild sowie die Stellung und Form der von der Umschrift noch notdürftig erkennbaren Buchstaben + GVN(terv)S GR(atia) DEI SPIREN(sis episco)PV(s) stimmen mit den vorhandenen echten, doch immer aufgedrückten Siegeln des Bischofs Gunther überein.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
A 502 U 1

**Editionen:**
Rückert: Alles gefälscht?, S. 35 (Abb.).

**Literatur:**
Acht: Urkundenwesen Speyerer Bischöfe, S. 295 f. Rückert: Alles gefälscht?, S. 34.

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**
Pergament

**Format:**
21 x 26 cm

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**
Aurich Wohnplatz (1112)<br> Aurich, Vaihingen an der Enz, LB<br> Großingersheim Wohnplatz (1154)<br> Großingersheim, Ingersheim, LB<br> Kleiningersheim Wohnplatz (1156)<br> Kleiningersheim, Ingersheim, LB<br> Löchgau Wohnplatz (1010)<br> Löchgau, LB<br> Magenheim Wohnplatz (1899)<br> Magenheim, Cleebronn, HN<br> Maulbronn Wohnplatz (7043)<br> Maulbronn, PF<br> Pulverdingen Wohnplatz (1123)<br> Pulverdingen, Vaihingen an der Enz, LB<br> Speyer, SP<br> Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)<br> Vaihingen an der Enz, LB<br> Weinsberg Wohnplatz (2238)<br> Weinsberg, HN